

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

68. De Gebizone refert Piespordius, et plerique alij, quod arcem Giffenberg condiderit, quodq; præter Symbolum suum in Sulzbergensem dotem collatum, etiam seorsim apud Ravensburgum Alba Augusta s. vulgo Weissenau, canobium fundavit, qui hunc Bertholdi Zeringij patrem constituunt, nullo modo audiendi: nam paulo post certiora dabimus.

Cap. XII.

De Bezonis Habsburgij filijs.

Theod. Piespordius Stem. Austr. Schemate. d. post Bezonem Landolus, inquit, II. et junior Bezelinus, etiam et Zanzelinus s. ut Pater: dictus in divisione cum fratribus Brisiacam in partem obtinuit, pleriq; Henrici II. et Cunradi bellis interfuit, a quibus obfortia facta Equestrem dignitatem accepit. Monasterium nobilitatis faminarum haud procul oppida Quisfelda in valle Fero, fluvio irrigua, quod montem Christi mercupavit s. vulgo Oelsberg, quod vallis ista referat similitudinem illius, quam apud Hierosolymam hortus olivarum, et frequentes Salvatoris nostri in eo preces celebrem reddunt: condidit, quod Pater praelio hungarico haud procul pugnato voverat, spoliisque gentis et Victoria eo destinarat. Obiit año Christi 1036. regiminis 45.

Subdit mox idem Auctor: Landoli II. Uxor Agnes Burgunda, suspensum s. ut quidam volunt: Comitum Stirpiorunda, ex qua Berchtoldus I. quem alij Landoli II. fratrem, alij ex Gebizone patruelem faciunt, sed priori opinioni tempora, posteriori monumenta S. Belri ad Harciniam

contradiciunt. Haec a morte marito in Canobio Montis Christi Sanctimonialem professa magno Virginiū nobilitatui praefuit. 69.

De aliis Berzoni filius haec memorat: Rapoto seu Rapoto, Rathpotus et Radepotus Habsburgij Comes &c. cognomento constans an. 1005. incolas liberorum officiorum, quo ab obitu patris inter fratres indivisa manserunt: tumultuantes ad Marbachium praelio vicit et subegit &c. Ex Veneri fratris liberalitate multa Episcopatus Argent. beneficia atq; pecuniam ad construendam arcem novam Habsburgicam accepit. Obiit IX. Cal. Apr. an. 1027. Muri ante altare S. Crucis sepultus, reliquit liberos IV. tenera aetatis, Ottonem XV. Adalbertum XIII. Wernerum X. Richensam II. annorum, quorum tutelam atq; ipsam Advocatiam Murensē, donec nepotes adolescerent, Rudolphus II. suscepit. Uxorem habuit Itam Etharingicam, qua duxit an. 1009. &c.

Tertio loco ponit idem Bispordius Rudolphum, qui in divisione inter fratres ditiones in Alsatia et Sequania obtinuit, secundum Guillimanum, et ab aliis Ergovia et Sundgovia Comes appellatur. Uxor Adelheidis filia Adelberonis Comitis Friburgensis, cujus precibus Canobium Otmarshimi vico Alsatia superioris condidit, ibidem aut ad S. Blasium in nigra Silva a morte sepultus 1013.

Quarto loco constituitur Wernerus, qui et Werinkarius, mortuo an. 1006. Alvico ex Canonico factus Epus Argentoratensis, ejusdem Ecclesiae veteri fabrica jam dissoluta: fundamenta jecit, in quo edificio centum fabros exercuit, qui decimo anno solotenus molem eduxerunt. Rudolphum Burgundiae Franzjurana

70. Regem victis ad Genavam rebellibus regno restituit.
Idem: acceptis a Hapstone fratre in partem hereditatis paternae liberis officiis: mallem dicere Praefecturas: Comitatus Norenensis ibidem in patrimonio suo in pag. Argoviae Muri Canobium benedictinorum in honorem S. Trinitatis, S. Mariae Virginis, et OO. SS. extruxit, et titulum S. Martini Epi dicitur, Constantinopolin ab Imp. Conrad. II. ad Michaelem Imp. an. 1027. ablegatus ibidem eodem anno obiit, vel, ut Hermannus contractus adnotavit, anno insequente eadem in urbe sepultus.

Omnia ista fusius aliquanto prosequitur Guillimanus tam in Habspurgicis, tum in Epis Argentin. de Wernhero, quem in eorum serie tricesimum octavum numerat, et an. 1005. de mortuo Alvico successisse tradit, ab S. Henrico Imp. administrationem Monasterij S. Stephani: cui a prima fundatione Urbis Argentinensis subjecta fuerat: atque una Urbis dominium obtinuisse an. 1007. vel proximo sequenti, anno autem 1015. edificium illud inter miracula Orbis reponendum, ingenti animo ac tanta stipe et indole digno inchoasse, cui centum: vel ut alij scribunt: ducenti fabri insudarint.

Haec de fratribus Bezelini seu Lanzelini sic cum Wernero Epus in testamento suo appellat: brevi adiecisse subiiciat. Quod enim in Tabula Genealogica Naskoti, qui Habspurgicum nomen retinuit, non minus quam Bezelini posteros consignavimus, ideo factum, ut sanguinis necessitudo inter Principes Habspurgo-Austriacos et Habspurgo-Badenses etiam in seris nepotibus iterum clarius renovata ostendatur. Quando Rudolphus.

Imp. Halspurgius ex Bezelini neptibus Annam Hohen- 71.
bergicam et rursus ex nepotibus Bezelini Caroli I. Ba-
densis neptem Apothonis Catharinam Austriacam, Fride-
rici IV. Caesaris sororem, matrimonio sibi iungens id esse-
cerunt, ut progeniti et salibus connubiis Austriaci San-
guinem Badensem, et Badenses Austriacum participa-
rent, ac ne temporis quidem diuturnitate, totq; saculo-
rum interlapsu a se invicem longius divellerentur.

De cetero non ita male feriatus sum, ut Rathpotina
lines Principum vel Successionem probare adductis testibus
vel elogia pangere mihi collibeat, qui a tam multis, tamq;
praclaris Scriptoribus id praestitum scio, sed omisiss deinceps
illis Badensium duntaxat et Stockbergionum, capitim
quoq; Zerlinganorum res prosequar.

Cap. XIII.

De Berchtoldo I. Zerlingia Auctore.

Nolo ea repetere, quae Cap. 4. dixi: Semel testimonium
deposuisse sufficit. Hic etiam non produco testes novos,
sed illis, quos tunc audisti, vetustiores et ideo fortasse
gratiores.

Vyspergensis Abbas in Chron. ad an. 1057. Otto de Schwim-
furte Dux Suevorum IV. Cal. Oct. obiit, et Rudolphus de
Minsfelden, qui postea Rex esse contendit, Ducatum acce-
pit, quod magnum fuit semen earum, quibus regnum
perturbabatur, comotionum; eundem namq; Ducatum, vi-
vente adhuc Ottone Duce Henricus Imp. Bertholdo Comiti
qui post Carinthiorum accepit Ducatum: // promiserat, eiq;
annulum suum velut hujus rei comonitorium dederat: